

PSALMI XXVIII. DISPOSITIO.

Retributio impiorum.

Serva ab insidiis.

Continetur hic I. *precatio* tum pro benignâ precum admiffione *vers. 1. 2.* tum pro forti è plagis impiorum ereptione; *vers. 1. 3.*

II. *Imprecatio* adversus hostes, habitualiter malos, *vers. 3.* dolosos & falsiloquos, *ibid.* profanos, *vers. 5.* ut pro ratione maleficiorum accipiant paria, *vers. 4.* destruanturque irreparabiliter, *vers. 5.*

III. *Gratiarum actio*: ubi celebratio Dei ob precum exauditionem *vers. 6.* ob potentem liberationem *vers. 7. 8.* unde oris benedictio. *vers. 6.* & canticum *vers. 7.* nec non cordis fiducia, *vers. 7.*

IV. *Votum conclusorium*: pro communi constantique ecclesiæ totius salvatione, benedictione, gubernatione, evectione, *vers. 8.*

PSALMUS XXVIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

תְּהַחֲשֵׁהוּ *Clamo*:) h. e. fervidè, magnâque cum animi intentione ac desiderio precor. Hoc enim *Clamandi* verbô partim periculi magnitudo, partim periclitantis in invocando ardor exprimitur.

צוּר *rupes mea*:) h. e. ô Deus, qui adeo certum mihi præstas perfugium, ut non aliter, quàm in rupe quâdam inaccessâ aut inexpugnabili, per te custodiar. vide Psal. XVIII, 2. Deum verò appellat Petram, in oppositione ad *descendentes in Foveam*, secundum *Aben-Esram*.

אַל תִּהְיֶה כִּי אֶשְׁמַע *ne surdescas à me*:) h. e. ne durus quæso, sis aut inexorabilis erga me miserum clamantem, instar illius, qui ad preces alterius surdas gerit aures, nihilque respondet. Verbum **אַל תִּהְיֶה** *aravit*, item *excogitavit*, *attentus fuit*; per consequens est etiam, *conticuit*, (attenti enim vel serio meditabundi sæpè surdi ac muti esse videntur:) sic verbum hoc accipitur, *Mich. VII, 16*: aures ipsorum obsurdescent, inde etiam nomen **שָׁרְדָה** *surdus*; atque sic etiam hęc locô, si per *Surdum esse*, exponamus, puchrum erit discrimen inter hoc & sequens verbum **אַל תִּהְיֶה** *conticuit*, quod ad os, sicut prius ad Aures, refertur. Verum ex locô *1. Sam. VII, 8*: ubi similis constructio cum (כִּי) occurrit, constat, per *Tacere* illud comode exponi; sic enim habent illic verba: **אַל תִּהְיֶה מִמֶּנּוּ מְדַבְּרִים** *ne taceas à nobis, ut ne porro clames ad Dominum, &c.* Quapropter *Tacere ab aliquo*, est, *tacendo alienum se ab altero gerere, tacere alicujus causâ*, ab aliquo tacendo recedere, solatio, intercessione, exauditione indignum aliquem habere ac privare: adeoque particula (כִּי) *ab*, secessionem ac desertionem includit, ita, ut verbum *Tacendi* videatur esse prægnans seu inclusum gestare aliud (*secedendi*) cujusmodi exempla vidimus *Psal. XVIII, 46. XXII, 22.* Similes ad Deum orationes, **אַל תִּהְיֶה**, reperies *Psal. xxxv, 22. xxxix, 13. L, 3. lxxxiii, 2. cix, 1.* Sicut verò Dei dicere est facere; ita & *Tacere*, est opem non ferre, ab operando cessare. Sic & de hominibus: Dominus pugnabit. & *vos tacebitis*, h. e. otiosi eritis spectatores: *Exod. XIV, 14. 2. Sam. XIX, 11: quousque siletis, regemque &c: Job. XIII, 13. מִמֶּנּוּ תִּהְיֶה תִּהְיֶה תִּהְיֶה *tacendo (cessatè) à me: item Jerom. xxxviii, 27.* Non malè hoc à nonnullis refertur ad intercessionem Messie, ne ipsemet pro Davide tanquam advocatus (*1. Job. II, 1*:) cesset apud Patrem loqui; quale quid à Samuele postulabatur *1. Sam. VII, 8. מִמֶּנּוּ מְדַבְּרִים *ne sileas à nobis, quò minus interpelles &c.* Verum quum de solò hic aga-**

tur placandò Deò, communi inhæremus sententia.

אַל תִּהְיֶה כִּי אֶשְׁמַע *ne obmutescas à me*:) aut ne taceas, instar illius, ad quem negotium aliquod non pertinet, (confer *Jesa. LXV, 6*: non tacebo, sed rependam, &c:) h. e. citò fer opem, paternòque ac reali me recrea solatio, iterum anthropopœu prius: & quidem repetitio unius rei per synonyma, orantis desiderium exaggerat. Aliàs verbum **אַל תִּהְיֶה** *siluit*, opponitur verbo *Loquendi*, *Cob. III, 7*: tribuiturque Deo tacenti ad nostras *tum* preces, quas non exaudit, *tum* ad hostium impias criminationes, calumnias ac insultus, quando eosdem Deus imperiosâ voce non compefcit, &c. *Jes. LXIV, 11. LXV, 6.*

אַל תִּהְיֶה כִּי אֶשְׁמַע *assimiler*:) h. e. ne silentiò tuò efficias, ut ego communem cum impiis aliis, exitiò capitali ad mortem abreptis, aut etiam communi fossâ, si in bellò occubuerint, humanis, experiar fortem, quin potiùs, sicut gratiâ tuâ me fide ac vitâ iisdem fecisti imparem, itaque quoque in morte me imparem ipsis esse procures. Item, præstes quæso, ne exauditione caream, sicut carent mortui, quos nemo audit, quos etiam nemo curat, qui nihil amplius valent in hęc seculò, &c. Vel, ne similis fiam bestia hominive, in lacum, unde emergere nequeat, delapsò. Verbum **אַל תִּהְיֶה** *dominari*, item parabolicè vel per *assimilationem loqui*, in niphâl significat *Assimilari*, ceu *Psal. XLIX, 13. 21. Jes. XIV, 10. Psal. CXLIII, 7.* Hic igitur designatur paritas externæ fortis ac statûs in morte miserâ, ubi aliquis simile cum perduellibus, seditiosis aut sceleratis patitur supplicium; quod sane Davidi contingere potuisset facilè, ut Saulis gladiò periisset instar seditiosi, si scilicet Deus tacuisset, opemque suam constanter denegasset. Particula *Vav* vim habet conjunctionis, *Utr*, ceu *Psal. XVIII, 39. XXIV, 7. &c.*

בְּיַרְדֵּי הַבְּוֹרִים *descendentibus in foveam*:) h. e. iis, qui in terrâ vel sepulchri voraginem corpore dimittuntur, animâ verò in lacum ac carcerem æternæ damnationis præcipites ruunt. Sic enim phrasis hæc accipitur *Prov. I, 12. Psal. xxx, 4. CXLIII, 7. Jes. XIV, 15. Ezech. xxvi, 20. xxxi, 14. 16. xxxii, 18.* De damnatis Davidem loqui, patet ex *vers. 3.* ubi *Impios* vocat, quos hic appellat *descendentes in foveâ*. Et quidem **יָרַד** *descendere*, quod aliàs animatis propriè competit, ponitur hic pro *Demitti*. Nomen autem **בְּוֹרִים**, quod in genere voraginem aliquam vel capacitatem inferiorem denotat, item in ipse cisternam, vel ruri effossam ad recipiendas aquas